



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Bonhomij de Canisio testimoniu[m].

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

*Militum Christi  
militia per-  
petua.*

*Hæreticorum  
in Bonhomium,  
& Canisium  
petulantia.*

*Bonhomij de  
Canisio testi-  
monium.*

*Friburgensium  
in eundem ca-  
vitam.*

requietem, quam vt cum vno duntaxat comite mitteretur in incertum, ad nouas aliis inter obstantia sedes parandas. Verum tamen Christi militibus non ante vitam stipendia finiuntur: cum consummauerint tunc incipient. Sola mors missionem dat eis. Vnica sedes emeritorum est cælum. Ipsemet deducendum Dei famulum Bonhomius sumpsit. Dum autem Berna oppido Hæretico transeunt, procax Hæreticorum turba pro Catholicis agnitos contumeliosè accepit: qui & per ludibrium in Ocreas Canisij niuem iniecere. Hoc illi auctiores vera gloria Friburgum attigerunt. Hic Bonhomius Canisium Senatui sistit, impenseque commendat: inter cetera Virum ad eos se duxisse commemorans planè dignum, què instar pretiosæ ac sacræ rei haberent, asseruarentque. Haud sanè aliter excepit venerabilem senè, posteaque semper tractauit Senatus, & vniuersa Respublica Friburgensis. Magnificet eam benignitatem, & dilexit Canisius. Itaq; ipsius ac Friburgensium continuo mirè conciliantur inuicè animi, adeoq; deuinciuntur, vt ad extremum vsque pulchro, iucundoq; certamine mutuis semper officiis, caritate, obseruantia, prædicatione

con-